

dicare; non videtur in largitione eius lethale crimen admisceri.

*Affertio 8.*  
peccare lethali ac-  
cipientem,  
licet sit nō  
obligari ad  
restitu-  
tionem.

41 Dico octauo. Etiam si ponamus accipientem donum Religiosi, non esse obligatum ad restitutionem, peccat tamen mortaliter, illud recipiendo. Sic Corduba, Silvester, & Nauarrus, quos adducit & sequitur P. Sancius dub. 38. citato n. 14. Ratio est clara; quia cooperatur peccato mortali alterius, quod juxta irrefragabilem fidei doctrinam peccatum etiam mortale est.

*Oppositum*  
fundare ni-  
titur Car-  
dinalis Lu-  
go.

42 Sed oppositum videtur tenere Cardinalis Lugo *Diss. 4. de Iustitia*, num. 49. & 50. dum probat ex eo quod actio fit mala in dominante, non sequi acceptationem etiam talem esse in accipientem, cum non sit cooperatio ad illam, sed effectus ex ea fecutus, dum quis vitetur iure suo; neque enim charitas vel iustitia postular, ut quis negligat suum commissum, etiamsi inde sequatur tantumdam damni respectu alterius, ad quem res, quae datur, debebat peruenire. Pro quo ingeniosè discurrit. Non videtur autem assertiuè procedere, quia tantum ait non videri facilè damnandos, qui oblati accipiunt: pro quorum defensione subdit rationes, quae tamen non videntur virgere: eò enim tendunt, ut ostendant ibi non esse cooperationem: quia quidquid ad donationem spectat, & voluntatem, à quā procedit, ex parte donantis se habet, & omnino præcedit. Non esse autem hoc, ut ille existimat, ex eo probbo: Nam quando aliquis donat, non perficitur donationis, donec alius voluntatem accipendi manifestet; unde si renuat, nulla est: posita autem talis manifestatione, tunc in donante est aetus, quo velut donationem perficiere, qui est malus, sicut præcedens: Atqui ad hunc actum cooperatur accipiens, quia illum præcedit voluntas accipendi, & ad ipsum mouet: ergo est cooperatio manifesta in ordine ad illum. Licet ergo sententia dicta videatur speculatiū probabilis, tñ pro raro aliquo casu, quam & absoluē probabilem affirmat Diana *Tract. 6. citato Resolut. 134.* re tamen verā quoad communem proxim talis non est, cùm modus donandi visstatus sit, quem affnauimus. Videantur dicta *Titulo 1. n. 146.*

## C A P V T . V.

An Proreges Indici vendere officia sine lethali culpā possint.

*Affertio 1.*  
Proreges nō  
dose officia  
vendere.

43 Non agimus in eas, quo Regis nomine venditio fiat; de hoc enim jam dictum *Titulo 1. Cap. 16.* Sed de ea, cuius exornamentum ad Proregem ipsum spectat, qui sine speciali adhuc licentia procedit. Circa quod

Dico primò. Proreges nequeunt officia vendere. Sic P. Thomas Sancius lib. 2. *Consiliorum*, cap. 1. dub. 38. num. 18. & dub. 56. apud quem Paulus de Castro, Segura, Sotus, Molina Jurisconsultus, Corduba, Padilla, qui generaliter loquuntur quando alicui committitur facultas eligendi aliquem ex multis ad officium, seu beneficium. In speciali autem de officiis publicis loquens idem tradit *Capite illo 38. num. 3.* quatenus id negat Dominis Titularibus, seu Vasallorum, si

officia habeant iurisdictionem, seu justitiae administrationem, ut Prætorum, Tabellionum, Alguacillorum, Decurionum, seu Senatorum Virbanorum qui vulgo dicuntur *Rectores*, quorum munus Decurionatu veteri correspondet. Admitit autem de iis, quæ administrationem justitiae non concernunt, ut officia præconis, janitoris, custodis carcerum, Præfeti cursorum, &c. quia illorum domini non sunt, benè tamen istorum: vnde quia Prætores non sunt eorum domini, nequeunt illa vendere. Pro quo quampulkes alios accumulat. Et ex eo manifestè sequitur Proreges nulla vendere officia posse, quia illorum domini non sunt. Magis in specie id tenet *Salon 2. 2. quest. 62. art. 2. Contron. 8. in responsione ad secundum argumentum*. P. Ferdinandus de Mendoza in particulari *Tractatu de hac questione ad Comitem de Lemos Neapolitanum Proregem*, cuius erat Confessarius, & postea Cuscoensis Episcopus in Peruuo, *Dub. 1. Diana Parte 6. Tractat. 6. Resolut. 3. & ali.* Affirmat autem *Illustrissimus Mendoza doctrinam* hanc adeo esse certam & exploratam, ut nullius illum Doctorum neget, vel de ipsa addubitet. Idem expressè tenet Cardinalis Lugo *Diss. 34. de Iustitia*, num. 31. vbi licet Proreges non exprimit, loquitur tamen de Ministro publico, qui dispensator est officiorum loco Principis constitutus, quales constat esse Proreges. Vnde immerito pro contraria sententia allegabitur ex doctrina quadam, quam habet, num. 37. & de quā inferius. Probatur

44 Primo. Quia Proreges, ut nomen eorum præ se fert, & vñs ipse confirmat ac titulus assignationis, loco Regis ad gubernandum assumuntur, ut scilicet id faciant, & eo modo, quo ipse faceret, si per seipsum gubernaret; is exceptis, quæ Regi aperte, aut verosimiliter referuantur, ut est manifestum: Atqui Rex ipse officia non vendit, de quibus agimus, neque venderet, si per se gubernaret, ut constat ex eo quod illa in Hispaniâ non vendat, neque de eorum venditione in Indiis vñquam cogitauit, ob propriæ utilitatis respectum: sed liberaliter esse voluerit designationem: ergo euidens est non esse suæ intentionis ut ea Proreges vendant intuitu suæ propriæ commoditatis. Et quidem si Proreges ita venderent ut lucrum Regi vellent applicari, venditio esset illicita ob defectum potestatis; ergo multò magis quando in illa solus avaritia respetus intercedit.

45 Secundò. In venditione officii nihil habet Prorex, quod sit suum: ergo licita nequeat esse venditio. Consequens est clara; quia cum vendat nomine suo, & non Regis, ut vidimus, aliquid debet esse quod sit suum, cum vendere nequeat alienum, nisi ex beneplacito domini, quod non extare jam constat: præter beneplacitum enim Regis, nullius alterius singi potest: ad beneplacitum enim Reipublicæ nequit, nisi insanè, recurri: cum præsertim liqueat Reipublicæ validè hoc perniciolum accidere, nec sit credibile illam in sui perniciem consentire. Antecedens autem est etiam manifestum: nam officium non est de Proregis dominio, quia nullius rei dominus constitutur ex iis, quæ ad eius munus spectant, nisi salario pro labore circa illud, & tolas Regis

*Notanda*  
*instans.*

2. Quia in  
venditione  
nihil habet  
quod sit  
suum.

3. Ex di-  
stribuente  
bona ab a-  
llo quo relu-  
ctia.

*Card. Lugo*  
*responsio.*

*Non satis-*  
*faciit.*

Regis habet vices: præter officium autem nihil est, quod vendi possit titulo Suitaris. Vnde qui emit, pro officio & non pro re alia pretium soluit. Quemadmodum cùm à Rege officium emitur, illud, & non aliud, emi dicitur, neque alia est ementis intentio.

*Actionem*  
*eligiendi*  
*posse ven-  
diti*  
*reponso*  
*obvia.*

46 Dices ex Cardinali Lugo, licet officium non sit de dominio, & ita illud vendi nequeat, posse tamen vendi actionem eligendi, cuius sunt domini ii, ad quos elecio spectat, & est vñlis elementi, vnde & pretio estimabilis.

Sed in primis doctrina ista non proponitur à citato Scriptore, ut ex eā debet licita venditio censi. Sed vt non inducas obligationem restitutionis: esse enim illicitam jam vidimus illum affirmare. Deinde illa non est penitus admittenda: nam actio eligendi non est pretio estimabilis in genere justitiae, licet ad illam non teneatur eligens in particulari respectu huius, & sic dici dominus illius possit: quod sic ostendo, quia si effet pretio estimabilis, cùm res venditur, debet etiam valor illius cum valore rei ipsius computari, & ita pluris vendi, ut est manifestum: nam valor valori additus valorem auget: Atqui non computatur, ut constat ex communī viu: nam res determinatum habent pretium independenter penitus ab hoc respectu: vnde etiam qui ea, quae sua sunt, vendit, nequit pluris vendere ex eo quod vñ potius, quam alteri vendat; sola enim attenditur rei utilitas, juxta communem estimationem. Pone quempiam habere rem aliquam venditioni expositam valoris ut decem; si duo accedant empturi, ex eo quod vñ potius quam alteri eam vendat, non potest pretium augere; alias si offerente uno ex iis pluquā decem, accedat alius, & plus eo offerat, poterit eam sic vendere, eti ante perfectum contractum alius adueniat plus item offens, poterit similiter pluris vendi, & sic de aliis; ex quo fieri determinatum pretium à lege vel consuetudine non habere, attentā illius utilitate. Actio ergo electionis eti liberalis sit, & respectu illius sit dominus is, qui eligit, in materia est amicitia aut liberalitas, vnde debitum alterius generis illi responderet. Sicut modico propter pretium curanti, sed cum speciali benevolentia erga infirmum, & merces debetur & gratitudo, & sic alii. Quæ ratio, sicut & præcedens, videtur euidens, ut nequeat quis sanè sentiens in hac luce cespitare.

47 Tertiò. Quando aliquis relinquit bona distribuenda ab alio, cui electionem eorum, quibus sunt distribuenda, committit, propter actionem electionis nequirit pretium aliquod accipere: ergo similiter in officiis.

Dices ex Cardinali Lugo num. 35. voluntatem testatoris esse ut det gratis, quia bona illa in eorum gratiam & non distribuentis, relinquuntur; vnde si non dat, non satisfacit debito justitiae, cùm non det assignatam valoris quantitatem, id enim, quod pro electione accipit, minus haber electus, & ita non impletur voluntas testatoris vel alteri disponentis.

48 Sed contraria. Nam ibidem doctus Magister admittit venditionem esse illicitam. Prætereà, non fit satis argumento; nam etiamsi testator dicat ut detur talis valoris quantitas, non tollit quin actio eligendi sit pretio estimabilis,

*Theauri Indici Tom. I.*

cùm sit valde vñlis electo, juxta doctrinam eiusdem, de quā nuper: ergo designatio non obstat quo minus aliquid pro electione accipi possit; vnde & si minus aliquid sit habiturus, id erit consequens ad talem modum dispositionis, in quā si voluerit eligens suo jure vti, nihil faciet contrarium dilponentis voluntati: si autem liberalitate vti, ut communiter sperant testatores, integra quantitas tribuetur. Aliunde ergo deduci debet talis iniustitia distributionis, ex eo scilicet quod pro electione nihil accipi potest, quod est statutum in L. vñum ex familia D. de legatis 2. §. Si de Falidia, & §. Sed eti fundata, & ita omnes ibidem Repetentes affirmant. Item, Rex etiam vult ut officia gratis ad eos deueniant, pro quorum electione constituit dispensatorem: ergo est eadem ratio. Antecedens ostendo tum ex dictis, num.

*Iuxta eas-  
dem urge-  
tur.*

44 & 45. tum etiam quia si constiterit Proregem aliquem tale quidpiam perpetrasse, grauissimum crimen habetur, vnde & pœna competens irrogatur: voluntas autem legislatoris ex pœna irrogatione cognoscitur, & inde est nundinationes istas occulte fieri: licet nihil occulatum, quod non reueletur: pro quo id certissimum, quod scribit illustrissimus Mendoza suprà dub. 3. & videri potest apud Dianam *Resolut. 1.* tum circa Regis voluntatem, tum circa secretum, quod rebus in istis accuratur. Quæ ratio etiam est evidens, sicut præcedentes.

49 Dico secundò. Acceptum ex venditione dicta debet in foro conscientia restituvi. Sic titati. Quod & rationes adductæ conciuntur.

Dico tertio. In officiis Indicis specialissima est ratio, ut nequeant vendi qua ad gubernationem Indorum spectant, propter dicta *Titulo 1. pro Indis num. 169.* Ut autem appareat non esse alium *speciali-  
eis ratio-  
nem.*

In officiis Indicis specialissima est ratio, ut nequeant vendi qua ad gubernationem Indorum spectant, propter dicta *Titulo 1. pro Indis num. 169.* Ut autem appareat non esse alium speciali rationem.

50 Dico quartò. Prædicta procedunt, etiamsi officia non dentur titulo venditionis, sed quasi liberalis cuiusdam oblationis, aut respectu gratitudinis, ab iis factæ, qui ea consequi desiderant: nam id tantum est velle iniustiam, & nundinationem turpem, quæ re ipsa extat, honestis umbraculis palliare. Datur pretium pro re aliter non tradendæ, quod is, qui dat, nequit quam alias largiri, & plus p̄r alii danti, quod efficaciter extorquetur. Et quid aliud vendere est, quid emere? Venditio quidem est pactio mercis pro pretio, & emptio est pactio pretii pro mercede, juxta L. 1. π. de conrahendā emptione. Vbi mercis nomine quidquid est pecunia estimabile desigatur, ut omnes explicant. Quod totum in casu quid.

*Affertio 4.  
non obstat  
congruum  
tituli que  
venditio  
pallietur.*

*Emptio &  
venditio*

nostro cernitur: nam & pactio præcedit, & officium est pecunia estimabile, & pretium pro eo datur: ergo vendit, & emitur; quidquid

G 3 avaritia

*Mali frequentia in hoc genere.*

avaritia pro honestando quæstu turpissimo honestis nominibus moliatur. Demus autem non esse venditionem: at officia non dantur gratis, sed pretio accepto, & id pro re, quæ non est de domino dantis, cuius nec actio eligendi est pretio estimabilis, contra officii proprii rationem, iuxta quod Regis perfonam sine pretio tradentis officia, repræsentat, pro quo & est illius voluntas penitus explorata: ergo non licet huiusmodi contrahendi ratio, & onus restitutionis importat, quocumque nomine vestiatur. Hinc sequitur nec posse officia suis familiaribus vel aulicis dare, vt ea ipsi vendant: in quo & dantes & accipientes grauissimè peccant, & supra se onus restitutionis aslumunt, & est hoc malum vsu frequentissimum.

## CAPVT VI.

Proreges an peccent ab aliis statuta mutantes.

*Affertio 1. frequentia in mutationibus erasure esse peccatum.*

**D**ico primò. Frequenter in hoc graue peccatum admitti, dum ex æmulatione durâ antecessorum, dura inquam sicut infernus, juxta illud *Cant. 8. vers. 6.* *Duratus infernus æmulator*, multa euentur benè ab illis constituta pro publicâ utilitate. In hoc enim sicut graue esse detrimentum potest, ita & graue delictum. Pro quo videnda, quæ adducit Dom. Solorzanus *Tomo 2. lib. 1. cap. 4. num. 69.* & seqq. *Lib. 2. cap. 27. numer. 76.* & seqq. *Cap. 30. num. 99.* & seqq. *Lib. 4. cap. 9. num. 33.* & seqq. & locis correspondentibus in *Politica*, præterim *Pag. 867. Col. 1.* in quibus eruditiois multum, si velint, qui terram indicant, erudiri, juxta Regi vatis monitum, *Psalm. 2. v. 10.* Vbi allegari nequit parenti in illis esse potestatem, nec antecessores eorum manus ligare potuisse. Contra hoc enim stat, etiam cum par est potestas, in eorum mutatione, quæ sunt pro communi utilitate statuta, peccari. Vnde Pontifices summi, qui omnium supremâ auctoritate præcellunt, & nullis prædecessorum statutis ligantur, ea mutare nequeunt, quando Christianæ Republicæ comoda comprobantur, sine graui conscientia reatu, quidquid de validitate mutationis fuerit. Pro quo ita loquitur S. Hilarius Pontifex (al. Hilarius) in *Cap. Nulli. 25. Quæst. 1.* Nulli fas sit sine statu periculo, vel diuinæ *Constitutiones*, vel *Apostolice Sedis decreta temerare*; quia Nos, qui potestissimi Sacerdotis administramus officia, talis transgressionis culpa respicit. Et Diuus Gregorius Magnus *Lib. 12. Registr. Epistol. 31.* & habetur in *Cap. Siea, Quæst. 2. Causa citata*, ita scribit: *Siea desiruerem, quæ Antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed eversor esse, si sed comprobaret, testante Veritatis voce (Lucæ 1.1.) quæ ait: Omne regnum in se ipso diuisum, non habet; & omnis scientia & lex aduersum se divisa destruetur.* Sic ille. Nec præterea alia eiudem sententia citatis *Causa & Quæst. adducta*, in *Cap. Institutionis*, & sic habet post alia: *Nisi est afferum, & præcipit bonis Sacerdotum moribus inimicum: nisi quæpiam, quantumcumque rationis excusatione, que benè sunt ordinata, rescindere, & exemplo docere ceteros, sua quandoque posse instituta*

*Possunt & in eo genere peccare Pontifices.*

*S. Hilarius Papa.*

*D. Gregor. Magnus.*

*dissoluere.* Hæc ille: qui dum præcipuè Sacerdotum moribus inimicam pronuntiat mutationem; ad alios etiam significat mutationem talium incommoda pertinere: vt & Proreges caueant, nec levitate, aut præsumptione, sive æmulationis imperio, ad euertenda, quæ benè sunt instituta, procedant.

**S**ecundò. Dico secundò. Proreges Indici ad præfata specialiùs obligantur. Id ostenditur: nam in conuersione huius noui mundi adhuc sumus, ad quam omnia alia, quæ in illo aguntur, debent fieri ad finem præcipuum destinari: Atqui ad hoc satis incommoda est variatio dicta: ergo nequæ sine peccati labe perpetrari. Maior est certissima, & Minor ostenditur: nam adificando passim, & destruendo, nihil firmum relinquuntur, supra quod spirituale possit ædificium assurgere; & qui gubernationi spirituali juxta curam ab Apostolicâ Sede commissam, in primis debent attenderi, huiusmodi mutationibus superuacuis distinxuntur. Pro quo est Diuus Pauli doctrina, *1. Cor. 3. vers. 3.* sic scribentis. *Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Vbi ergo ob zelum & contentionem benè disposita reiciuntur, & sic agentes carnales sunt, spirituale nequir negotium promoueri. Et de eo quidem loquebatur Apostolus, Corinthios admonens eo pacto negotium fidei nimirum quantum impediri. Vnde & *v. 1.* sic præmiserat. *Et ego fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus; subdit postea vers. 9. Dei enim sumus adiutores: Dei agricultura estis, Dei adiunctio estis.* Vbi terra crebris mutationibus quatitur, nequeunt semina cum spe fructus aliqui committi. Cum in ædificio factis infecta succedunt, id accedit, quod à Siracide dictum, *Ecli. 34. vers. 28.* *Vnu adiunctans, & unus destruens, quid prodeat illis nisi labor?* Fatendum ergo est mutationes dictas nimis incommodare causæ conuersonis: & zelum carnalem, de quo Apostolus, zelo fidei & Religionis valde esse contrarium: ille durus, sicut infernus damnationis & perditionis regioni infelicissime destinatus: hic sicut colum, Dei gloria propaganda semper intentum, vt David Clamat: *Celi enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum, Psalm. 18.* Circa hoc autem nequit ad particulariter descendit, in quibus est juxta occurrentes circumstantias judicandum; eas prouidi Confessarii diligunt, & pœnitentes suos ne vereantur serio & intelligibiliter admonere.

## CAPVT VII.

Vt debeant Indici Proreges Regionum Auditorum consilium adhibere.

**D**ico primò. Debere quories res existit, eo quod momenti magni sit, nec sine consilio possit conuenienter expediri. Et de consilio adhibendo res est clara: quod autem Auditorum, ex eo ostenditur, quia tales à Rege sunt eidem Consiliarii designati, vnde & de Consilio Regis esse dicuntur: pro quo & extant Regia mandata in eorum instrutionibus,

*Affertio 1. confundendos Audidores cum res existit.*

## Proreges ut debeant Auditorum consilium adhibere.

*tionibus, de quibus Dom. Solorzanus Tomo 2. Lib. 4. Cap. 3. num. 38. & Cap. 9. num. 37. & in Politicâ pag. 767. & 866. Vnde & ipse Lib. 2. Cap. 7. num. 50. & in Politicâ pag. 302. Col. 2. cum Matienzo in *l. 5. Recipiat. Titulo 10. Leg. 5. Glossa 1.* præceptum circa hoc agnoscit, de quo non videtur esse posse dubitatio.*

**Affertio 2. Proreges Indicos spe cialius obligari.**

**S**ecundò. Dico secundò. Peccatum in casu dicto mortale est ex genere suo. Probatur, quia se exponere errandi pericolo in negotio graui ad bonum commune spectante, aut etiam priuati alicuius, ad curam eius, qui deliberat, pertinentis, graue peccatum est: periculi enim & danni, cuius est periculum, eadem ratio est; vnde communiter Theologi eum peccare mortaliter affirmant, qui aliquid agit, aut omitit, dubitans an mortale peccatum sit, eò quod se periculo exponat mortaliter peccandi. Pro quo videri potest Diuus Thomas *Quodlibet 8. Artic. 13.* P. Thomas Sancius in *Opere moralib. Lib. 1. Cap. 10. num. 6.* *Sayrus Libr. 1. Cap. 13. num. 3.* & alij passim, qui rationem dictam reddunt, quod scilicet se quis pericolo exponat faciendo id, quod est mortale peccatum. Præterquam quod peccatum ipsum mortale re ipsa vult, qui operatur dubius: nam sic velle operari, id est ac velle tale quid facere, etiam si mortale peccatum sit; quod non potest non esse graui Dei offensa. Quemadmodum si quis dubitans aliquem esse regem, iniuriarum inferret ipsi, absque dubio Regis est in iniuria: vult enim iniuriarum irrogare illi, etiam si rex sit: quod quidem si rex sciret, merito graui inflectione supplicij vindicaret. Pariter ergo in casu nostro, se pericolo errandi exponere in re momenti magni, graui danni voluntas est, dum amatur periculum: perinde enim est ac si dicat, qui consilium adhibere detrectat: Sic volo etiam si graue damnum ex consilij repulsione sequatur; vnde & damni ipsius voluntas intercedit.

*Dubius de mortali vnde pecare mortaliter constat.*

**S**ecundò. Se libi sufficerre praesumptuosa responsio, contra quam alia.

55. Quod si dicat se sibi ad deliberandum sufficere; id profectò magna præsumptio est. Et præterea contra suppositionem, sub quâ procedit Affertio 3: quod scilicet res sine consilio nequeat conuenienter expediri. Et quidem eo ipso quod magni momenti sit, ita debet iudicari, nisi quis temere agere ac precipitanter velit: quod sine graui stare nequit, nisi ignorantia exulet, quæ in Gubernatore supremo, & post experientiam sufficientia ad tale munus electo, nequit accidere, & ita nullatenus admittenda. Alios autem præter Regios Auditores, iis rebus, confulere, nequit sine graui stare eorumdem iniuria, qui in re maximè propriâ officij, quod à Rege est ipsi attributum, partui penduntur, & minus idonei ad illum iudicantur. Immò & Rex ipse videtur parupendi, qui illos ad tale munus cooptauit. Ex quo etiam fieri, vt illi in contemptum populi veniant: quod præter ipsorum dedecus, graua alia adducit incommoda, præterim in Indiis, vbi valde expedit eos in veneratione haberi: circa quæ est facile discutisse.

**Affertio 3. In negotiis iniuria ad plura tenetur suffragia.**

**S**ecundò. Dico tertio. Proreges in negotiis iustitia tenetur maiorem suffragiorum partem amplecti, quando ad illum etiam cognitio causæ spectat, & non sunt tantum suffragia consultiva. Id con-

stat: quia est iuxta stylum lege firmatum in Regiis Cancelleriis, vt iuxta maiorem suffragiorum partem iudicetur, non attentâ suffragantium qualitate: quamvis contingere possit, vt minor pars præferenda alia videatur, eò quod in illa vihi sint prudentia & doctrinâ præstantes, atque exploratissimæ probitatis.

**Affertio 4. Non ita negotiis statu.**

**S**ecundò. Dico quartò. In negotiis statu non tenetur Prorex cum maiore suffragiorum numero consentire. Probatur, quia se exponere errandi pericolo in negotio graui ad bonum commune spectante, aut etiam priuati alicuius, ad curam eius, qui deliberat, pertinentis, graue peccatum est: periculi enim & danni, cuius est periculum, eadem ratio est; vnde communiter Theologi eum peccare mortaliter affirmant, qui aliquid agit, aut omitit, dubitans an mortale peccatum sit, eò quod se periculo exponat mortaliter peccandi. Pro quo videri potest Diuus Thomas *Quodlibet 8. Artic. 13.* P. Thomas Sancius in *Opere moralib. Lib. 1. Cap. 10. num. 6.* *Sayrus Libr. 1. Cap. 13. num. 3.* & alij passim, qui rationem dictam reddunt, quod scilicet se quis pericolo exponat faciendo id, quod est mortale peccatum. Præterquam quod peccatum ipsum mortale re ipsa vult, qui operatur dubius: nam sic velle operari, id est ac velle tale quid facere, etiam si mortale peccatum sit; quod non potest non esse graui Dei offensa. Quemadmodum si quis dubitans aliquem esse regem, iniuriarum inferret ipsi, absque dubio Regis est in iniuria: vult enim iniuriarum irrogare illi, etiam si rex sit: quod quidem si rex sciret, merito graui inflectione supplicij vindicaret. Pariter ergo in casu nostro, se pericolo errandi exponere in re momenti magni, graui danni voluntas est, dum amatur periculum: perinde enim est ac si dicat, qui consilium adhibere detrectat: Sic volo etiam si graue damnum ex consilij repulsione sequatur; vnde & damni ipsius voluntas intercedit.

**Affertio 5. Negue bellum.**

**S**ecundò. Sed obiicis Regium Rescriptum Anni 1593. in quo Proregi mandatur, vt si negotium non patiatur dilationem, teneatur. Maiestati Regis reddere rationem, cur non expedit maiori suffragiorum parti conformari, quam regulariter sequi debet in negotiis statu, bellum, & iustitia. At quod respondeo, quoad iusticiam ita esse in casibus dictis: quoad alia item ceteris partibus; si videlicet Auditores tanta sufficientia sint, vt inter eos vix possit excessus deprehendi; quod regulariter debet contingere, si tales elegantur à Rege, quales pro huiusmodi muneribus exiguntur; & ita regulariter, etiam ad plura suffragia decerni; quod quando secus acciderit, ea est ratio reddenda, quæ non potest non Regi, & Regis Consiliarii satis conueniens, immò & virgens iudicari.

## CAPVT VIII.

Proreges Indici quomodo debeant Regios Ministros honorare.

**Affertio 6. Honorablem Prorege Senatores iuxta conscientia obligatio nem.**

**Q**uod debeant, & ad id obligatione conscientia teneantur, nequit in dubium revocari. Primarium enim & honorabilem eorum gremium est, in quo & Proreges ipsi præsident, & si honoris confortio portuntur. Vnde Athelarius rex Romano Senatu ita scribit Cassiodori manu & verbis *Lib. 8.* *Retinetis, me Senatus semper fons eternus sed nunc maxime, cum vestrum video intrare Collegium. Sicille: qui tandem ita rescriptum claudit. Inter est nostra gloria, vt quorum numerum auximus, eos propria dimittat taceamus.* Hæc ille. Pro quo & extat Regium rescriptum, de quo Dom. Solorzanus *Lib. 4. Cap. 9. num. 42.* & in *Politica* pag. 867. §. *Y*tambien. Circa gradum autem obligationis esse quæstio potest, pro quo

**Affertio 7. In defectu posse mortaliter peccare.**

**C**assiodorus. *Q*uod debeant, & Togatos præ aliis honorare, vt ex honoris defectu possint lethalibus piaculis innodari. Indubitate est doctrina ex obligatione iustitia, quæ se ad honoris materiam extendit, vt omnes Theologi contestantur. Pro quo præterim Societatis Scriptores, plurimi sanè, qui rem exactè discutunt, & ex iis videri possunt, qui